



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Evangelia: Qvæ Vsitato More in diebus Dominicis & Festis proponuntur, Annotationes Philippi Melanth.**

**Melanchthon, Philipp**

**Vuitebergæ, 1544**

**VD16 E 4532**

Dominica Decima Nona Post Trinitatis, Evangelium Matthaei Nono.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35272**

## **DOMI. DECI. OCTAVA**

Messia. Sed facilis est explicatio recte intelligentibus prophetias. Primum constat prophetias loqui de liberatione à peccato & à morte, & de noua & æterna uita. ut in hoc Psalmo dicitur, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. uocat igitur Dominum, quia scit se accipere ab eo hæc beneficia, liberationem à peccato & à morte, & uitam æternam. Item uocat Dominum, quia scit eum diuina potentia regnaturum esse, sicut inquit, Sede a dextris meis. Item, scit illum promissum liberatorem esse filium Dei, sicut antea inquit, Hodie genui te. Scit eum iam regnare, & belligerari cum diabolo, sicut Esaias uocat eum Emanuel, & Psalm. 71. dicitur, Et adorabunt coram ipso semper, ubi totus Psalmus loquitur de uenturo Messia, qui tamen est æternus. Erit nomen eius æternum, ante solem existit nomen eius, & benedicentur in ipso omnes gentes.

## **DOMINICA DECIMA NO. NA POST TRINITATIS, EVANGELIVM MAT- THAEI NONO.**

**Et ascendens**

**E**T ascendens in nauiculam transfretauit, & uenit in ciuitatem suam, Et ecce offerebant ei paraliticum iacentem in lecto. Et uidens Ihesus fidem illorum dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se, Hic blasphemat. Et cum uidisset Ihesus cogitationes eorum, dixit, Ut quid uos cogitatis mala in cordibus uestris? Quid enim est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata, an dicere, surge & ambula? Ut autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata in terra, tunc ait paralytico, Surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Et surrexit & abiit in domum suam. Videtes autem turbæ, admiratæ sunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

**T R E S S V N T**  
præcipui loci.

I. *Differentia ueteris & noui Testamenti.*

II. *De absolutione priuata.*

III. *Calda*

## DOMI. DEC. I. NONA

III. Calamitates humanæ sunt peccatorum  
sed sunt iustis exercitia, & mitigantur.

### DE PRIMO.

**E**x Moysi nec remittit peccata, nec mandata  
dici, remittuntur tibi peccata. Quoniam  
enim habebat sacrificia, que uocabantur placae-  
tiones, tamen ceremoniae illæ tantum merebantur  
talem remissionem, ne is pro quo sacrificabam-  
tur, excluderetur ex illo populo. Et epistola ad  
Ebreos ait, Impossibile erat sanguine taurorum  
tolli peccata. Præterea lex, etiam si quid dicit de  
remissione, tamen non dat gratuitam remissio-  
nem, sed simul requirit integrum obedientiam.

Porro, nisi remissio sit gratuita, erit irrita,  
nemo enim legi satisfacit. Ideo Paulus dividat  
de particula gratis, & hanc constituit differen-  
tiā inter Euangelium, & legem. Euangelium  
gratis propter filium Dei remittit peccata creden-  
tibus, & institutū est ministerium, in qua expressa  
annūciatur remissio, aut multis aut singulis. Sed  
quærat aliquis. Quomodo igitur sancti in uete-  
ri Testamento conuebantur remissionem? Re-  
spondeo. Præter ministerium legis erant reuelatae  
promissiones de Christo. Has debebāt sacerdotes  
etiam

etiam proponere populo, ut scirent remissionem offerri, propter illam uenturam victimam, & crederet quisq; se hac fide consequi remissionē, sicut David ait, Beatus qui confidit in eo. & Esaias, Quia ponet animam suam hostiam pro peccato &c. & Zacha. In sanguine testamenti tuū emittes uictos de lacu. Sed quia hic intellectus promissionum saepe obliterabatur, ideo Deus per Prophetas eum subinde restituebat. Cum his dimicabant sacerdotes, qui interea suas céremonias, superstitione, & auaricia, cumulabant, & contendebant eas moereri remissionem. Has opiniones saepe reprehendunt Prophetæ, ut, Holo-caustis non delectaberis. Habebant ergo patres remissionem inuolutam in promissionibus de Christo.

### DE SECUNDО.

**I**N Euangeliō institutum est ministerium, expressa uoce, annuciandæ remissionis peccatorum omnibus credentibus in Christum. Et hæc annuiciatio non solum in genere multis proponit potest, ut doctrina, sed etiam applicari singulis. sicut dicit Christus, Si petet, remitte ei. Ut igitur recte dicit minister ad singulos, ut quisq; credat in Christum

## DOMI. DECI. NONA

Christum, iuxta illud. hic est filius meus dilectus, hunc audite. Ita rectè dicit minister cuilibet. Annuncio tibi ipsi uerè donatam esse remissionem credenti in Christum. Hæc applicatio priuata reddit promissionem illustriorem, & ostendit neficium Euangeli ad te pertinere.

## DE TERTIO.

**C**Alamitates sunt pars legis. i. carcer humanae naturæ, in quem propter peccatum inclusi sumus, sicut Psalmus inquit. Propter iniuriam corripis filios hominum, Et Paulus, Corpus mortificatur propter peccatum, scilicet, hærens in carne. Ideo Christus primum hic remittit peccata, postea tollit morbum, ut admoneat nos hanc naturam obnoxiam esse morti, & calamitatibus, quia est immersa peccato. & testetur, se esse liberatorem, qui uelit utrumq; tollere, causam, & effectum, peccatum, & mortem, & redere perpetuam iusticiam, & uitam.

Cur ergo Sancti consecuti remissionem peccatorum, tamen affliguntur? Respondeo, sicut Paulus inquit, Corpus mortificatur propter peccatum, scilicet hærens in carne. Quia enim peccatum nunc imputatione sublatum est, & re ipsa manet

**POST TRINITATIS. 99**

manet infirmitas carnis, uult eam Deus mortificari, ut in illis exercitijs exerceatur & luceat fides, Item, ut Deus ostendat suam gloriam in nostra infirmitate aduersus Diabolum, quem uincit per infirmos, iuxta illud, Scitote, quod misericordia Dei sanctum suum. Id est, mirabiliter liberat, ostendens gloriam suam in nostra infirmitate, cum desertos, abiectos, praeter omnia humana consilia, praeter omnium opinionem seruat.

**DOMINICA XX POST TRINITATIS. EVANG.  
MATTHAEI 22**

**E**t respondens Ihesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens. Simile est regnum coelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos, ut uocarent inuitatos ad nuptias, & nobebant uenire. Iterum misit alios seruos dicens, Dicite inuitatis, ecce prandium meū paraui, tauri mei & aītilia mactata sunt, & omnia parata, uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt,

m

alius